Papst Alexanders IV. auf, die Rechte des römischen Reiches gegen die Uebergriffe Konradins und anderer zu schützen. (Aus England. Etwa Nov. 1266)[1].

Romanum imperium pro bracio forti ecclesie sancte provisum, ut sit derelictis sibi pauperibus adiutor et orphanis, sicut ad aliorum tuenda iura dinoscitur constitutum, ita decet omnes, et maxime ipsius ecclesie sancte ministros, iura ipsius illesa servare atque ab omnium iniuriis intacta pro viribus custodire. Hoc autem diligenter attendens, [felicis memorie][2] Alexander papa IIII. — vobis presencialiter nobis astantibus — edixit inter cetera, ut iura imperii vos, qui estis illius sceptri[3] membrum honorabile, custodire pro posse atque intacta et illesa servari[4] ab omnibus curaretis[5]. Cum autem ad hoc tam iuris obligacio, quam pastoralis officii debitum et patris monita vos astringant, nos aliquid nostrarum precum et exhortacionis addentes, paternitatem vestram rogamus in Domino et hortamur, quatinus iura imperii per Conradinum, qui de persecutoribus[6] ecclesie a memoria vivencium et ultra duxit originem, aut per alios quoscumque, quantum in vobis[7] est, occupari aut violari nullatenus permittatis, ita quod apud Deum et homines vobis possit ad iusticiam et laudis meritum reputari, et nos de vestre paternitatis laudabili studio cum gratiarum accione in Domino gaudeamus.

---

1) Die Datierung des Briefes richtet sich nach der Anordnung desselben im Cardinalsregister, zumal die Berichte aus England in ungestörter zeitlicher Folge überliefert zu sein scheinen. Lägen die danebenstehenden Briefe im Wortlaut vor mir, so liesse sich auch dies Stück sicher zeitlich genauer bestimmen. Die Notizen, die Coxe mitgetheilt hat (vgl. oben S. 351. 352), scheinen indes sämtlich in die letzten Monate 1266 zu weisen, und da einer der folgenden Briefe vermuthlich vor dem 14. Dec. geschrieben ist (vgl. zu n. 83), so wird man kaum fehlgreifen, wenn man den unsrigen in den Nov. 1266 setzt. 2) In der Hs. steht mit starker Entstellung ‘semel me’. Ich vermuthe, dass ‘fel. me.’ = ‘felicis memorie’ vom Abschreiber verlesen und falsch aufgelöst ist. 3) ‘septri’ Hs. 4) ‘servare’ Hs. 5) Dies ist der interessanteste Zug, den der Brief bietet. Im Oct. oder Nov. 1260, als Werner von Mainz an der Curie weilte, hielt also Alexander IV. in Anwesenheit mehrerer Prälaten eine derartige Ansprache, die doch so eindrucksvoll war, dass man sich ihrer noch nach sechs Jahren erinnerte. Ich zweifle nicht, dass auch diese Ansprache bereits auf Konradin gemünzt war, hatte sich doch sein Vormund Ludwig II. von Bayern in seinem Interesse gerade während des J. 1260 mehrere Eingriffe ins Reichsrecht erlaubt (vgl. meine Geschichte Konradins S. 28. 29). Auch für die Auffassung der Curie von den kurfürstlichen Pflichten ist die Stelle beachtenswerth. 6) ‘secutoribus’ Hs. 7) ‘nobis’ Hs.